
V
B J
C



JLLUSTRISSIMÆ ATQUE EXCELLENTISSIMÆ
CASTELLANÆ KAMINENSI
CATHARINÆ de POTOCIIS
KOSSAKOSCIÆ
ODEM HANC
IN SOLEMNI EJUS NOMINIS DIE
ANNUI OBSEQUII ERGO
D. D. D.
ANGELUS DURINI ARCHIEP: ANCYRANUS
NUNTIUS APOSTOLICUS.
ANNO 1772.

JASNIE WIELMOZNEY JMć PANI
KATARZYNIE z POTOCKICH
KOSSAKOWSKI
KASZTELANOWY KAMINSKIEY
ODĘ TĘ
W DZIEN JMIENIN JEY UROCZYSTY
NA ZNAK SZCZERYCH ZYCZEN y PRZYWIĄZANIA SWOIEGO
ODDAIE.
ANIOŁ DURINI ARCY-BISKUP ANCYRANSKI
NUNCYUSZ
STOLICY APOSTOLSKIEY.



Ad Numeros Horatii Odæ VII. Lib. I.



Egregiæ formæ Laudes ſeu carmine prisco
Concelebratas sive recenti
Ut lubet assumat mulier sibi vana licenter,
Ac multum se jactet in illis;
Quæ tradit se se ferro patienter, & igni
Ut crinis se ad jussa reflectat,
Atque implexarum strue tormentoque comarum
Turritum caput ædificata,
Ædificata caput Germano crine, vel Anglo
Discurrat, caput, hôc cohonestans
Mente orbum: ſed mox deflorescentibus annis
Aut ultrò, aut invita reponet;
Nec jam illam crimen crinis punire juvabit,
Sertaque nec capiti inseruisse;
Induere aut collo Lapides oriente petitos:
Nulla erit heu medicina figuræ!

Ast



Taż Oda po Polſku.



Ktorąkolwiek, czy dawni Rymopisi, czyli
Teraźnieyśi, Urodę wierszami wsławili;
Tę niech sobie przywłaszcza z chlubą Dama płocha,
Niech się prożno z niey chełpi, niech się w sobie kocha.
Pod żelazo y ogień poddaiąc swą głowę,
Aby włos w przymuszoną kręcił się osnowę,
Niech go w rożne układa y zawiia stosy,
Gorne wieże na głowie dzwigaiąc, za włosy.
Niech się puszy, Niemiecką lub Angielſką szumną
Fryzurą stroiąc głowę, wewnątrz mniey rozumną;
Skoro iednak znikomych lat kwiat spełznie słaby,
Chcąc, czy niechcąc, Urody swey straci powaby,
Darmo w ten czas na głowie trefi włos niegładki,
Darmo go przyozdobi w kleynoty y w kwiatki,
Darmo perły od Wschodu na szyi powiesi!
Nic to wszyſtko ſtraconey urody nie wſkrzesi.

Ast animi quæcumque opulens Matrona bonis est,
Magnanimum sortitaqué pectus,
Haud quaquam occidui ſemper metuens erit ævi,
Nec cultu exultabit inani :
Quin Regum quâvis uxore beatius ævum
Transiget, ut facere admiramur
TE TE ope virtutum, CATHARINA POTOCKA, Tuarum,
Quarum splendorem haud nitor auri,
Non gemmæ æquiparare valent, quas utraque plures
Diversis fert Jndia ab oris.
Jure igitur tanto Te vasta Polonia honore
Excipit, & quocumque locorum
Gentis adit Læchæ præclarum nomen, eodem
CASTELLANÆ fama peragrat:
Quod nostra hæc ætas melioribus æmula ſæclîs
Priscorum, Te læta vocavit
Corneliam, Gracchamque; suam; velut atque Minervam
TE TE omnis colit ora Polonûm.
Romanis quondam virtute illuſtribus, ingens
Publico honos est jure tributus,
Ut Patriæ Patres audirent. Facta recensens
Quis Laudum, CATHARINA, Tuarum
Digna Tuis meritis adjunget nomina? verbis
Sed noſtris ea vincere magnum
Quàm sit non dubito; pudor est siluisse POTOCKAM,
Et laudare timor. Polonûm
Tu Patriam, quæ Te talem, tantamqué creavit
Solaris, recreasqué gementem
Aspectu,

Ktora zaś Dama w Duszy bogata przymioty,
Y ma w dziale wspaniałość myśli, wielkość cnoty;
Lat bystro - uchodzących nie strwoży się zgubą,
Prożną z stroiow, z urody mężnie wzgardzi chlubą,
Wiek daleko szczęśliwszym wątkiem Jey popłynie,
Niż go wieść mogą, ktore Swiata Monarchinie.

Tak Twoie KATARZYNO, POTOCKICH zaszczycie!
Na podziw wszystkim, płynie pod cnot żaglem życie,
Ktorym się porownywać Skarby nie są warte,
Co ie z kraiow Jndyiſkich morza szłą otwarte;
Słusznie więc iak ciąg Polſki długi y szeroki,
Wszędzie cześć y szacunek Cnot Twych ieſt wysoki,
Y gdziekolwiek na świecie Polſkie Jmię głośne,
Tamże Sława Cnot Twoich chwały brżmi donośne:
Zę wiek nasz, w dawnych wiekow wstępuiący ślady,
Ktorych tylko naylepsze bydź mogą przykłady,
Przyznaieć Kornelii Jmię y Grachowy,
Ze swą Polſka Palladę czci w KASZTELANOWY.

U Rzymian, Cnot y wielkich dzieł, nadgrodą miano;
Gdy publicznie Oycami Oyczyzny ich zwano.
Dla Twoich zaś czynności, y dla Twoiey chwały,
Ktoż znaydzie KATARZYNO tytuł doſkonały?
Kiedy nikomu o tym wątpić ſię nie godzi,
Ze wielkość Twych Cnot, wszelką wymowę przechodzi.
O ktorych ani boiaźń mowić ſię ośmiela,
Ani wstyd chwał pozwala zamilczyć tak wiela.

TY Polſkę, co się szczyci krwią, y twemi czyny,
Co Oyczyzną iest dla tak ſławney Heroiny,

Gdy

Aspectu, alloquiisqué Tuis. Hinc Læchia jure
      Te PATRIÆ MATREM vocet omnis.
Læchiadum o Decus interea o! POTOCIADUM Lux.
      Exiguos ne hos deſpice flores
In signum obsequii, quos nunc Tibi NUNTIUS offert,
      Parnassi quos mane recenti in
Vertice decerpsit; CATHARIS de Nomine Sancta
      Lux quando Tibi festa recurrit.
Quod si forsan erunt, & erunt, POTOCIA, qui Te
      Concelebrent melius, recinantqué;
Haud me livor edet stultus, modo digna canant Te;
      Immo lubens vincar; tamen istud
Pectore conde imo, precor, o! POTOCIA, Vincar
      Carmine, at obsequio, superabo.



JL-

Gdy w Jey losie ſtrapionym wspierasz cnotą rzadką,
Słusznie od Niey masz zwaną bydź: OYCZYZNY MATKĄ.
Więc o światło POTOCKICH, o Ozdobo Polſki!
Przyim ten bukiet, ktory Ci POSEŁ APOSTOLSKI
Ku szczeremu życzliwych usług oświadczeniu,
Uwił z kwiecia Parnaſsu, dziś, przy rannym cieniu.
W dzień: ktory poświęcony będąc KATARZYNIE,
Ze y Twych iest Jmienin. Dwoiako ztąd słynie.
Jeźli zaś będą (iakoż będą bez wątpienia)
Ktorzyć lepsze na chwałę Twą oddadzą pienia;
Byle CIEBIE, y Cnot TWYCH pisali co godnie,
Rad ustąpię zwycięztwa; zazdrość mnie nie bodnie.
Lecz temu wierz: że wierszy zwyciężony graniem,
Chęcią wszystkich zwyciężę, Czcią, y Przywiązaniem.



JLLUSTRISSIMO. EXCELLENTISSIMO. REVERENDISSIMO. DOMINO

ANGELO MARIÆ DURINI.

PATRITIO MEDIOLANENSI Ex COMITIBUS MODOETIÆ

ARCHI-EPISCOPO ANCYRANO.

SANCTÆ SEDIS APOSTOLICÆ

IN REGNO POLONIÆ ET MAGNO DUCATU LITHUANIÆ CUM FACULTATIBUS LEGATI A LATERE

N U N T I O.

IN DIVINAM JLLIUS,

AD JLLUSTRISSIMAM ET EXCELLENTISSIMAM DOMINAM

CASTELLANAM KAMINENSEM

O D E M.

Interpres Ejusdem, Patritius Skaradkiewicz *S. P.*

Ad Numeros Horatii Odæ III. Lib. I.



Quantùm magna POTOCIA
GRACCHAS, CORNELIAS, dotibûs ingenî
Ac virtute refert pari,
Et Romæ tribuit Læchiadis decus.

Tantùm NUNTIE, MAXIMI
PATRIS Christiadum, carmen Horatii
Promens, arduus evolas;
Et Læchis recinis Romulidum melos.

Nequicquam male contigit,
Nostris Ausoniam dissociabilem
Terris, dividi & Alpibus,
Et pascente nives vertice Carpathi.

TU laudare POTOCIAM
Par. Hæc Sola metro digna DURINII.
Sic fausto auspicio Deûm,
Uno vitam agitis sole beatius!

JASNIE WIELMOZNEMU JMci XIĘDZU

ANIOŁOWI MARIA DURINI

z PRZEZACNEY w XIĘSTWIE MEDYOLANENSKIM FAMILII HRABIOW MODOECYI

ARCY-BISKUPOWI ANCYRANSKIEMU,

SWIĘTEY STOLICY APOSTOLSKIEY

w KROLESTWIE POLSKIM, y W. X. LITEWSKIM,

NUNCYUSZOWI.

WYBORNEY JEGO, DO JASNIE WIELMOZNEY JMć PANI

KASZTELANOWY KAMINSKIEY

O-D-Y.

Tłomacz, Patrycy Skaradkiewicz *S. P.*



Jle Wielka POTOCKA, dawne niegdyś owe
KORNELIE wyraża w Sobie y GRACHOWE,
Przez Cnot swych iasność, y przez dowcip znamienity,
Rzymskich pochwał do Polski przenosząc zaszczyty.
Tyle PIERWSZEY KOSCIOŁA, MĄDRY POSLE, GŁOWY,
Szczęśliwie w trop wstępuiąc Horacyuszowy;
Wznosząc się pod obłoki gornolotnym pieniem,
Wiersz Rzymski pod Parnassu Polskiego, grasz, cieniem.
Na nic się widzę nie zda, że mniey sforna liga
Polskę Naszą od Włoskiey Krainy odstrzyga,
Ze między niemi, Alpy leżą Niebotyczne,
Y Tatry, legowiska dla śniegow dziedziczne.
Cnota, Chwał TWYCH, POTOCKĄ naygodnieyszą czyni,
Wsławić JĄ Jeden możesz naylepiey DURINI.
Tym losem Bogow samych zrządzonym robotą,
TY Rzym chwałą iednoczysz z Polską, TA zaś Cnotą.



PATRITIO SKARADKIEWICZ

ERUDITISSIMO JNTERPRETI

EX INCLYTA SCHOLARUM PIARUM FAMILIA

ANGELUS DURINI

ARCHI-EPISCOPUS ANCYRANUS

NUNTIUS APOSTOLICUS.

Hendecasyllabus.

GAude NUNTIE, NUNTIE & triumpha.
Scholarum decus inclytum Piarum,
Et Novem decus inclytum Sororum,
Jlle, Jlle & CALASANCTII medulla,
Jdem Jlle & Apollinis medulla,
Læchæi & Latii Arbiter leporis,
Qui binâ nitidus locutione,
Et sensu gravis, & profundus ore est,
Tuos en Lyricos ad astra tollit,
Dictavit Tibi quos Latina Siren
Metris luxurians Horatianis
Jn laudem CATHARINIDOS POTOCKÆ,
Audit quæ undique Sarmatum MINERVA.
Quare, NUNTIE, si sapis, triumpha,
Triumpha, & cape jam TUI laboris
Fructum, quod CALASANCTII medulla,

Jdem

Jdem Jlle & Apollinis medulla
Tuos sic Lyricos Polum ad benignus
Dignatur Lyrico vocare versu.
Nec tantùm Jlle vocat Polum ad, sed illos
Linguâ Sauromatum; ac decentiore
Donavit chlamyde, induitque zonâ
Dii magni! aureolâ, venustulâque.
Ergo, NUNTIE, si sapis, triumpha,
Quod jam POTOCIÆ manu tereris,
Audit quæ undique Sarmatum MINERVA;
Quod jam notus & omnibus subibis
Domos Sarmatidum Juvencularum,
Domos Sauromatum Juvenculorum,
Quin Senatorias domos subibis,
Excurresque Polonicas per Urbes,
NUNTIE, auxilio inclyti Pòétæ,
Tanti JNTERPRETIS atque versione,
Versione aureolâ venustulâque.
An non invideat tibi Venusiæ
Vates, Jlle Lyræ Arbiter Latinæ
Paucis vix bene notus eruditis?
Si non invidet; at miser dolebit
Herclè JNTERPRETE caruisse tanto.
Hocce carmine Te Catulliano
Scripto uno in pede, plurimùm salutat
Et grates meritas Tibi rependit
NUNTIUS, tuus essè qui peroptat
Quousque æthereâ fruetur aurâ.

EIDEM

Epigramma.

SOlers Læchæas Ode hæc abitura per Oras
　　Cujus nam Auctoris Nomina fronte geret ?
NUNTIUS est Auctor ; longum & memorabile nomen
　　Inclytus Jnterpres tempus in omne dedit.

EIDEM.

QUid, Vir Magne; Tibi reddam pro munere tanto;
　　Qui versus revocas in tua metra meos,
Jpse mihi plaudo; nec si dissecta coirent
　　Verba iterum, vellem quô prius ore loqui.
Nunc pateo cunctis, claustrisque exulto reclusis
　　In spatium dono latius ire tuo.
Summa feror super astra; juvat quoscumque Poëtas
　　Despicere, & Lyrici pectinis esse Patrem.
Sic olim æthereis Aquilæ dum Regulus alis
　　Suscipitur, reliquas despicit altus aves.



CATHARINÆ
POTOCIAE
CASTELLANÆ CAMINENSI

ACUMINE MIRÆ. IUDICIO SUMMÆ.

CONSILIO MATURÆ.

Animo Magnæ. Indole Excelſæ. Gravitate Seriæ. Facilitate Suavi. Auctoritate Severæ. Humanitate Hilari. Comitate Urbanæ: Amabili intra Reverentiam.

VENERANDÆ INTRA AMOREM.

MINERVÆ POLONICÆ.

CONSTANTI. FORTI. INCORRUPTÆ.

Munificæ. Magnanimæ. Providæ. Sagaci. apud omnes Gratioſæ.

AD OMNIA SUMMA NATÆ.

HÆC CARMINA

Plauſûs, Admirationis, Obſequii, Ergo

ANGELUS DURINI

ARCHIEPISCOPUS ANCYRANUS

NUNTIUS APOSTOLICUS

D. D. D.

IN DIEM
CATHARINAE COMITISSAE
POTOCIAE

Caſtellanæ Caminenſis.

VARSAVIÆ & VISTULÆ

DIALOGISTICON.

VARSAVIA.

VISTULA quò tendis præceps? fluvioque citato
Plus ſolitò mediis quid tumet unda vadis?
Dant Lymphæ amplexis argentea baſia ripis,
Ripaque laſcivis baſia reddit aquis?
Quid canitur? ſummâ formoſæ Naiades urnâ
Feſta canunt; toto vix capis amne Deas?
Aſpicio comptis Nymphas fluitare capillis.
An Iuno veneranda æthere deſiluit?

VISTULA.

Feſta dies nobis rediit volventibus aſtris,
De Caſtellanæ Nomine POTOCIÆ.
Mecum adſunt Nymphæ, mecum Nereides omnes,
Narrantes Magnæ grandia geſta Nurûs.
Illius ingenium velox, mentemque capacem
Imperii, prudentem atque futuri animum,

Fatales

w DZIEN IMIENIN
J. W. KATARZYNY
POTOCKIEY
Kaſztellanowey Kamińſkiey.

WISŁY z WARSZAWĄ
ROZMOWA.

WARSZAWA.

WIſło, kędy to ś, ieſzyſz? gdzie wartkie otmęty
Nadzwyczaynym wylewem pędzi nurt odęty?
Srebrnemi woda uſty krzywe brzegi wita,
Pieniſtemi brzeg barki ſrebrne wody chwyta:
Co za odgłos po grotach wydaią Naiady
Co za święto obchodzą świetne Bogiń rady?
Gdzie ſpoyrzę, wſzędy gładkich Nimf nadobne plemie,
Pewnie ſię Iuno z niebios ſpuściła na ziemię?

WISŁA.

Oto nam nayweſelſzy dzień w roku przyświca,
Dzień, ktory ſię POTOCKIEY Imieniem zaſzczyca:
Tu ſię ze mną Boginie pięknym zeſzły ſzykiem,
Głoſić ley zacne dzieła radoſnym okrzykiem:
Jey oſtry dowcip, iey myśl godną panowania,
Iey rozſądek y baczne na czas przyſzły zdania,

Fatales rerum nodos secuisse peritum,
   Vestigare arcana, ancipitesque dolos
Solertem, fraudes obscuras cernere Lynceum;
   Patria & unde viget, Patria & unde ruit.
Quamquam atque irradiet gemmis, & dives opum sit,
   Sitque Atavûm priscis inclyta Imaginibus,
Non nebulam exhalat, quam cæca superbia gignit,
   Fortunam sed virtutis amore domat:
Scilicet hinc illa emanant præconia vocum
   Cûm Patriæ Lampas, cûm Patriæque decus,
Flos delibatus Charitum, Suadæque medulla
   Dicitur, & Patriæ Diva Minerva suæ.
At Tu urbs Lecheæ Princeps Varsavia Gentis
   Cuncta Illi unanimi prospera mente roga;
Huncque diem propera festo celebrare tumultu,
   Et dare lætitiæ nunc nova signa novæ.

Ad Eamdem, de Eius Nominis Die.

Cum redit illa dies CATHARIS de nomine festa,
   Deque Tuo illustris nomine POTOCIA!
Hic Tibi longævos exoptat Nestoris annos,
   Ille Sybillinas optat olympiadas.
Errat uterque tamen, nec scit, quid postulat, annos
   Addidit æternos iam Tua fama Tibi.

Sub Eiusdem Effigie inscribendum.

Frangeret ingenii ut fastum Imperiumque virilis,
   Hanc Natura Viris omnibus opposuit.

Ad Juvenes



Iak byſtra w rozwiązaniu ſpraw trudnych, iak dzielna
W dociekaniu, co chytrość buduie fortelna,
Co taiemnym podkopem ciemna ryie zdrada:
Zkąd Oyczyzna y kwitnie, y z czego upada:
A lubo y w doſtatki y w liczne intraty,
Y w ſtarożytne Przodkow bogata rytraty;
Nie widać w niey, co broi urodzenie dumne,
Bo miłością cnot umie gromić ſzczęście tłumne.
Ztąd ow odgłos w pochwały ſprawiedliwe zyzny:
Że ieſt ozdobą ſwoiey y światłem Oyczyzny.
Wdzięcznym płći żeńſkiey kwiatem, à wymowną radą
Drugą świata Polſkiego POTOCKA Palladą,
Więc Ty ô pierwſza między Lechowemi grody
Okaż chęci życzliwych uprzeyme dowody
Warſzawo! à ten zacnym ozdobny imieniem
Obchodź z nami poſpołu dzień weſołym pieniem.

Do Teyże.

Gdy dzień powraca świętem znaczny KATARZYNY,
A Twemi Cna POTOCKA świetny Imieniny,
Ten Ci lat Neſtorowych nie przeſtaie życzyć,
Ow w poczet długowiecznych Sibill chce policzyć:
Lecz ſię ten y ow myli, y nie wie co dawa,
Bo Cię iuż Twa wiecznością obdarzyła Sława.

Napis pod Teyże obrazem.

Męſzczyzn chcący moc złamać, w znamienitym dziele
Tworca Tę przeciw wſzyſtkim poſtawił na czele.

Do młodych



Ad Juvenes Comites POTOCIOS.

Non eſt tot Vobis Atavos numerare neceſſe,
  Suſpicite in CATHARIM POTOCIAM, Illa ſat eſt;
Vos iuvet Illius imitari grandia facta,
  Pectore in illo omnes invenietis Avos.

Ad Eosdem.

Cernite Vos CATHARIM, ſe Totam agnoſcit in Illâ
  Inclyta Veſtrorum ſtirps rediviva Atavûm.

De Eadem.

Sit quantùm antiquis præclarior Heroinis,
  Exſuperet Patrias quàm CATHARINA Nurus,
Et grave conſiliis pectus, rebusque gerendis
  Miré habile, & mentis vis generoſa docet;
Nec minus oſtendit virtutum nobilis ordo,
  Quas ducit ſociâ Religione Fides;
Prima locum ſanctas habet hinc Heroidas inter,
  Prima bonis animi conſpiciturque ſui.
Quid Tu, Momus ait, mulieribus addis ineptus
  POTOCIAM, Ipſa Viros cum ſuper emineat?
Tunc ego: prætereo Ipſe Viros, quos præterit Ipſa,
  Ne monſtrem ipſe Viros, Hanc prope, fæmineos.

De Eadem.

Fœmineum puduit ſexum ceſſiſſe Virili,
  Nec tulit, & ſubitò claſſica perſonuit.
Protinùs è cunctis CATHARIS POTOCIA lecta eſt,
  Ingens Sarmatiæ, præcipuumque decus.

Hanc



Do Młodych JJ. PP. POTOCKICH.

Po co długim ſzeregiem Przodkow wyliczacie
Patrzcie na KATARZYNĘ: dość na iedney macie.
Jey pilnie naśladuycie chwalebnych przykładow
W Jey umyśle naydziecie dzieła wſzyſtkich Dziadow.

Do Tychże.

Widzicie KATARZYNĘ? oto ſtoiąc wedle
Oney, cały ſię widzi Dom iak we zwierciedle.

O Teyże.

Iako wſpaniały umyſł zacney KATARZYNY
Przechodzi wſzyſtkich wiekow ſławne Heroiny;
Y dowcip Iey ſzlachetny y rozumna rada,
Iawnie, kto Ią zna tylko, każdemu powiada,
To o niey świadczą piękne Cnot rozlicznych dary,
To miłość nieſkażona Staropolſkiey Wiary,
Ztąd ſię Ona w Pań godnych pierwſzym mieści rzędzie,
Ztąd właſnym cnot nabytkiem głośno ſłynie wſzędzie.
Fuknie Momus: więc między POTOCKĄ, Kobiety
Smieſz liczyć, co od męſzczyzn większe ma zalety?
Owſzem ia tych pomiiam, ktorych miia Ona,
By przy niey płeć nie była męzka zwyciężona.

O Teyże.

Wſtyd ogarnął płeć żeńſką, że przewodzą męże,
Woynę więc wypowiada, bierze za oręże:
Wzywa na nieprzyiazne POTOCKĄ zagony,
Piękny zaſzczyt y Polſkiey Ozdobę Korony;

Tę Iedną



Hanc (fatis hæc fuerat) contrà æmula tela locavit,
Fultam præclaro ſangvine ut ingenio.
Vicerat, & lauro redimiſſet tempora; ſi non
Credita de Superis una Deabus erat.
Æqua tamen quando victoria contigit ulli?
Non probat eſſe hominem, quod probat eſſe Deam.

De Eadem.

Deſinimus nos eſſe Viri, fuimusque quod olim
Eſt CATHARINA; Virûm ſurripit Illa decus.
Iuppiter aut illi ſexum concede Virilem,
Aut dic attonitis omnibus eſſe Deam.
Pallada dic, non quæ tremebundam concutit haſtam;
Sed quæ Cecropiis iura dedit Populis.

Ad Eamdem.

Virgilio meruit celebrari Vate Camilla
Bellatrix, & opus Virgo imitata Virûm:
Te plus laudaret Vates, ſi viveret idem,
Quæ certas magnis ô CATHARINA Viris.
Corpore nobilior mens eſt, ſit clara Camilla
Marte Virûm, Tu ſis clarior arte Virûm.

Ad Eamdem.

Per titulos aliæ, per Te, POTOCIA, creſcis;
Ingenio debes Te, CATHARINA, Tuo.

Ad Eamdem.

Tę Iedną z męzkim w ſzrankach poſtawiła tłumem,
Wſpartą krwią ſtarożytną y dzielnym rozumem.
Wygrała: y wieńcemby ſkronie ozdobiła,
Gdyby iedną z Niebianek POTOCKA nie była.
Lecz gdy ſię rownym z niemi zwycięſtwem ozdabia,
Na rowną ſławę ſamym Boginiom zarabia.

O Teyże.

Odmienia ſię płeć mężka: Iuż czym KATARZYNA,
W kobiety nas natura przetwarzać poczyna:
Iowiſzu, niech twoy wyrok lub Mężem Ią czyni,
Lub ogłoś przed wſzyſtkiemi, że to ieſt Bogini.
Ogłoś Palladą: nie tą, co trzyma miecz krwawy,
Lecz ktorey ſię Cekropſki lud zaſzczyca prawy.

Do Teyże.

Zwycięzkie niegdyś dzieła waleczney Kamili
Podać światu za ſłuſzność oſądził Wirgili.
Lecz Ciebie KATARZYNO wdzięcznieyby wyſławił,
Ktorą Bog Wielkim Mężom na przeciw poſtawił.
Więkſza moc ieſt w umyśle, à niżeli w ciele,
Tamta ſiły, Ta męzkie woiuie fortele.

Do Teyże.

Drugim wzroſt honor, Tobie cnota daie właſna,
Kto cudzym, lecz POTOCKA Sama ſobą iaſna.

Ad Eamdem.

Divitiæ, atque genus cœcæ ſunt munera ſortis;
Conſilium, robur, mens Tibi nata domi.

De Eadem.

Fœmineus ſexus quod poſſit maſculus eſſe,
Maſculus & contra, credite, Fœmineus.
Exemplum eſt nobis POTOCIA; cernitur Illa
Externâ Mulier fronte, Vir ingenio.

Ad Eruditiſſimum

POETAM POLONUM

Adamum Naruszewicz e Soc. Jesu, Poetam Regium.

Qui Latina hæc mea Epigrammata
Polonica fecit.

Obſcurum diſcrimen erit volventibus iſta,
Interpres quis ſit? Tune, vel Author ego;
Ni cùm de Lecho pulcherrima fonte petantur,
Continuò dicent verſa fuiſſe tua.

Eidem.

Procedunt Lecho mea nunc Epigrammata cultu,
Claraque mutatâ conditione nitent.
Lecta priùs tetricis vix oſtendenda Magiſtris,
At nunc omnigenâ ſæpe terenda manu.
Non ille Interpres eſt, ſic qui carmina vertit,
Author & inventor dicier ille poteſt.

Ad Zoilum.



Do Teyże.

Ròd, honory, bogactwa z płochym losem chodzą,
Rada, męstwo, wspaniałość w tym się Domu rodzą.

O Teyże.

Ze Kobieta w Męszczyznę, męszczyzna wzaiemnie
W płeć się może kobiecą zamienić nikczemnie.
Patrząc na KATARZYNĘ, śmiele wyznać muszę:
Niewieścią ma postawę, ale męzką Duszę.

Ad ZOILUM PÆDAGOGUM.

Te Zoile an ferula efficit superbum,
Ut nomen Tibi stultus eruditi
Sumas? falleris impudens, superbe,
Habet non ferula eruditionem,
Rudentem scio, non scio eruditum.

In Eumdem Scazon.

Quis iste Zoilus, obsecro, cuium pecus?
Qui vultuosâ fronte serium refert
Satellitem virtutis altæ, Socratem
Puta, aut Platonem, quique nostra hæc carmina
Traducet alter, ut Cato Censorius,
Morum Magister, disciplinæ scilicet
Vindex, & instaurator ordinis probi.
Quis iste Zoilus, obsecro, cuium pecus?
Qui se ipse admiratur, in se uno stupet,



Seſe colit, ſibique plaudit; cæteros
Et odit, & faſtidit, & blennos putat,
Inflatus ut *Suffenus*, aut alter *Thraſo*,
Nullos adæque dente marcido petens
Quam quos favente proſperoque Delius
Tuetur aſtro, queis & ingenii vigor.
Quis iſte Zoilus, obſecro, cuium pecus?
Qui ſi quid alii per laborem muſicum
Prompsère mentis è penetrali ſacro
Muſis amicum, nec pigendum Gratiis,
Mox ut cadaver nare vultur occupat,
Taſtuque cuncta fœdat infelix avis;
Quis iſte Zoilus, obſecro, cuium pecus?
Probam monetam adulterans ſenſu improbo,
Qui & dictiones ſingulas ad aſciam
Fabrè dolatas exigit, miſerè pavens,
Ne quidpiam delinquat, aut protuberet.
Quis iſte Zoilus, obſecro, cuium pecus?
Euſebius iſte eſt, qui rabioſus ut Draco,
Nec ipſe mala guſtat aurea, & procul
Expellit alios peſtilente ſibilo.
Sed promptus adſum, ſeu popoſceris truci
Pugnare Iambo, ſeu Maronis alite;
En campus. aude, ſi quid audes: an tibi,
Virtus in ore ſemper & in verbis erit?




CLEMENTE XIV.
PONTIFICE MAXIMO
RENUNCIATO.
ANGELI DURINI
ARCHIEPISCOPI ANCYRANI
IN REGNO POLONIAE & MAGN. DUC. LITHUANIAE

CUM FACULTATE LEGATI a LATERE


NUNTII APOSTOLICI.
PLAUSUS.





V A R S A V I Æ.
Typis S. R. M. & Reipublicæ
Scholarum Piarum.







Nequ

cis v

